Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

manes in templo & dicentes osanna filio dō. indignati
& dixerunt ei. Audis quid isti dicunt. Ihe autē dixit eis.
Utq; dum legistis. quia ex ore infantium & lactentium
perfecisti laudem. Et relictis illis abiit foras extra ciuitatē fra: iii
in bethaniā. ibi q; docebat eos de regno dei. T. T. exodi.

In diebus illis. Dixit dnus ad moysen. Ascende ad me in
montē & esto ibi. dabo q; tibi tabulas lapideas. & legem.
ac mandata que scripsi ut doceas filios israel. Surrexerunt
moyses & iosue minister eius. ascendens q; moyses in mō
tem dei seniorib; ait. Expectate hic. donec reuertamur
ad uos. Habete aaron & hur. uobiscum. siquid natū fuerit
questionis referens ad eos. Cumq; ascendisset moyses.
operuit nubes montē. & habitauit gla dei sup synai. tegens
illum nube sex diebus. Septimo autē die. uocauit eum de
medio caliginis. Erat autē species gle dei quasi ignis ar
dens sup uerticem montis in conspectu filiorum israel. ingres
sus q; moyses medium nebule ascendit in montē. & fuit i
bi quadraginta diebus et quadraginta noctibus. T. T. ~~regum.~~

In diebus illis. Venit helyas in bersabee iuda. & dimisit
ibi puerum suum. Ipse perrexit in desertum una uiam die. Cumq;
uenisset & sedisset subter unam iuniperum. petiuit anime sue
ut moreretur. ait. Sufficit mihi dne tolle animam meam.
Neq; enim melior sum. quam patres mei. Dixit q; se & obdor
miuit in umbra iuniperi. Et ecce angelus dei tetigit eum.
dixit q; ei. Surge comede. Et respexit. et ecce ad caput
suum subtericius panis. et uas aque. Comedit g; & bi
bit. rursum q; obdormiuit. Reuisus q; angelus dei secto.
& tetigit eum. dixit q; illi. Surge comede. grauis enim